



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Macherentini Societatis Iesv Theologi,
Explanatio Catechismi Catholici**

Macherentinus, Johannes

Colon., 1612

Cum hora sonat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39397

Rem quempiam aggrediens sic ora.

Concede mihi gratiam tuam Domine Pater cœlestis facere in gloriam ac laudem in nomine Domini nostri Iesu Christi auspiciandi atque perficiendi.

Cum hora sonat.

Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe.

L V I.

COMMENDATIO AD D. VIRGINEM.

O Pijssima castissimaque virgo Maria, secundum Deum, spes mea vnicumque præsidium atque solatium: qua te fide & charitate charissimus tuus filius dilecto discipulo Ioanni commendavit, eadem & ego hodie, & semper corpus meum, & animam meam, honorem meum, meaque omnia tibi commendo; tum verò maximè, quando anima mea, ex hoc corporis ergastulo migrabit: precorque, ut custodias immunem à peccatis, offendiculis, ignominia, ira tremendi iudicij, cogitationibus inhonestis, ab omni mortifero delicto, à morte repentina, omni denique periculo corporis, & animæ itemque fame, ac bonorum. Ne finas, ô domina, ut villo vnquam delicto tua excidam gratia,
vtque